



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

3. Utrùm legatus revocare possit exemptiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Q U Æ S T I O III.

Utrum legatus revocare possit Exemptiones.

S U M M A R I U M.

1. Non potest revocare Exemptiones.
2. Quia eximere non potest.
3. Legatus non potest statuere contra jus.

Licet præcedenti libro maximam diximus legatorum à latere potestatem auctore Boerio tractatu speciali de eis edito, non tamen hoc loco eam ei concessimus, ut exemptiones à pontifice concessas revocare aut quopiam modo immutare possit. glo. cap. pro illorum de præbend. Abb. cap. venerabilem num. 3. Et ea. cum in veteri num. 1. in fine de elect. Et cap. nisi specialis de offic. leg. Baribolom. Fumus in aurea armilla verb. privilegium n. 13. Abb. d. cap. pro illorum n. 15.

Sit hæc unica ratio, quod is eximere non possit ut late supra probavimus l. 1. g. 3. ergo nec exemptiones concessas revocare. arg. l. nemo qui ff. de reg. iur. l. solent ff. de offic. proconsul. Et leg. l. qui condemnare ff. de re iud. v. quæst. seq. n. 2. Præterea legatus nihil statuere potest contra jus commune. cap. super his de major. Eobed. Villarego tract. de leg. part. 1. quæst. 10. n. 13. v. quæst. seq. n. 2. revocare autem Exemptiones à superiore concessas, juri adversatur, ex quo inferior superioris legem tollere non potest. d. cap. super Villad. d. n. 13.

Q U Æ S T I O IV.

An Episcopus possit revocare Exemptiones?

S U M M A R I U M.

1. Episcopus revocare non potest Exemptiones, nec etiam legatus.
2. Episcopi & legati subsunt constitutionibus.

Diximus ptiore libro, Episcopum certis in casibus posse subditos à sua jurisdictione eximere. lib. 1. quæst. 3. vers. verum quia. Hoc loco emergit, utrum iis in casibus Exemptiones à se concessas revocare possit, articulum hunc remissive tamen, inquit Franc. cap. decet num. 4. vers. quid autem sit de reg. iur. in 6. Et post eum Restaur. tract. de imper. quæst. 114. n. 14. qui censuit revocare non posse per gloss. in cap. cum ex eo in verb. septennio ubi Jo. Andr. de elect. in 6. addit ad Rom. post Oldra. conf. 201. quod indubie procedit, cum Exemptio plenè suum sortita fuit effectum, seu cum